# DOCUMENTOS

## LAS ADICIONES AL FUERO DE TERUEL

El códice turolense del Fuero latino de Teruel posee, a más del contenido propio de su Fuero, otorgado por Alfonso II de Aragón, ciertas disposiciones ulteriores que son adiciones al Fuero y no se hallan en el códice madrileño, bien sea debido a la mutilación que en su final se advierte, bien porque nunca las tuviera.

Estas adiciones son, en realidad, nuevas disposiciones que amplían o rectifican las tradicionales del Fuero, y que diversos reyes aragoneses dictaron con la orden, que en muchas de ellas se halla expresa, de que fueran sumadas al Libro de los Fueros.

Lo vemos así dispuesto en las disposiciones de Jaime I, en las dos cartas finales que insertamos en su lugar correspondiente, diciendo una:

«... et mandamus quod ponatis in vestro foro...»

Y la otra:

«. . in libris vestrarum consuetudinum scribi et aponi...»

Igualmente lo vemos dispuesto por Pedro IV en las disposiciones dadas en las Cortes de Zaragoza de 1350, al decir:

«... quod in libro fororum Turolii adiungatur...»

Y aunque en las disposiciones del rey don Martín, dadas en las Cortes de Zaragoza de 1398-99-400, no se halla expresa, la volvemos a encontrar en las adiciones de Alfonso V que se dieron en las Cortes de Teruel de 1427-1428:

«... et dictis foris dicte civitatis adiungere et applicare...»

Estas adiciones forales podemos afirmar que aún se encuentran inéditas en la actualidad.

Aznar y Navarro, en su prólogo al «Forum Turolii» [1], comenzó a transcribir los de Alfonso V, no pasando de las frases introductoras y Micer Gil de Luna, en sus «Forii Turolii» [2], copia e inserta algunas disposiciones de éstas, pero salteándo-

1. Ed. en Zaragoza 1905, nota en la pág. 28.
2. Valencia, 1565.

las y recortándolas, como hizo igualmente con los Fueros de Alfonsò II.

En su forma completa y ordenada, tal como se hallan en el códice turolense, como verdaderas adiciones y enmiendas al Fuero de esta ciudad, otorgadas en sucesivos reinados, no se han publicado jamás, y en la actualidad sería una labor imposible querer reconstruir esta forma, que es la completa, mediante los elementos mutilados y dispersos que en estas obras se editaron.

Por esta razón, y puesto que en su forma completa solamente se hallan en el Códice de Teruel, hemos creído conveniente publicar estas adiciones para conocimiento de los interesados en estos asuntos y para evitar una desaparición total, tanto más posible cuanto que el lugar y manuscrito donde se hallan es único, aun cuando hemos tenido noticia también de algún pergamino aislado, copia sin duda, no del conjunto, sino de parte de ellas.

Las disposiciones, pues, de que hablamos son las siguientes:

## FUEROS DE JAIME I

Iacobus Dei gratia rex Aragonum et regni Maioricarum atque regni Valencie. comes Barchinone et Urgelli ac Montispesulani dominus, universis terrarum atque regnorum nostrorum subiectis gratiam et benivolentiam in perpetuum. Regalis benivolentie est sic comoditatibus intendere subiectorum ut resequetis his que comuni utilitati nosciva esse noscuntur. illa sola nutriat et conservet que utilitatem respiciunt singulorum. Huic est quod christiana devotione ab usurarum extorsione iam penitus quiescente. sic judeorum cepit insaciabilis avaricia insanne ut ab his. qui pro suis necessitatibus mutuas pecunias recipiunt. non solum inmoderatas et contra modum dudum a nobis constitutum, verum etiam in tocius terre nostre grave dispendium. usuris usurarum exigere non formidant. Volentes qui eis omnino suarum peccuniarum licenciam mutuandi perdurere propter christianorum utilitatem necessitatem etiam et favorem. set voracitatem eorum modum imponere cupientes. Statuimus tam in presentis quam in futuris contractibus sive debitis usurariis ut nullus judeus audeat amplius recipere pro usuris quam IIII^or^. denarios in mense pro qualibet denariorum. nec ultra istum modum sed quod pecunia mutuata. in uno anno in sexta tantum parte augmentatur. palam vel occulte. recipere. exigere sive extorquere presumant. sive itaque peccunia mutuo data parve multe ne fiunt. sive etiam debitum scirografarium fuerit vel non. sive datis pignoribus mobilibus

vel inmobilibus, sive etiam non datis nullo modo, modus a nobis prefinitus excedatur in exsolvendis usuris vel in fructibus pignorum percipiendis, et si de fructibus pignorum aliquo eventu ultra prefuerat modum acceperint, cedat judeis creditoribus in solucione sue sortis, ita quod ex ipsa percepcione atenuetur sors debitorum numerata pro rata fructum ultra pretaxata usurarum composicione perceptorum, et si tantum fuerit illum quod ex predictis fructibus idem receperint quod sortem omnino evacuet, judei cautionem illius debiti rreddere compellantur. Statuimus etiam ut nullus judeus de cetero sive usuras in sortem redigendo vel in primordialibus instrumentis sive in aliquibus subsequentibus nominacionibus, sicut facere consueverunt, sive alio quocumque excogitato ingenio audeat usuras usurarum exigere vel recipere sed impliciter et absque omni fraude secundum sortem debitorum numeratam a die numerationis facte usque ad diem solutionis usuras computet ne formam pretaxatam excedat et ut prefato morbe medela competens adhibeatur. Statuimus ut judei in civitatibus, villis, castellis et locis in quibus de ......... semel in manu vicarii nostri vel illius qui ad hoc fuerit constitutus corporale prestent juramentum, quod in omnibus contractibus usurariis ita cotum et formam a nobis statutam in omnibus observabunt quod ea in aliquo nomina excedent et quilibet tabellio habeat penes se nomina judeorum taliter juratorum nec audeat aliquis tabellio instrumenta alicuius judei conficere nisi quorum nomina penes se habuerit et illis solis faciat instrumenta quos in veritate comperit sic jurasse. Addimus etiam quod in singulis contractibus et instrumentis duo contestes ad minus apponantur qui personas cognoscant de ......... et facti noverint veritatem. Item statuimus quod si non peccunia numerata sed alie res mutuo date fuerint que consistunt in pondere vel mensura sicut bladum, vinum et oleum et his similia caveatur atente ne sub illa spem constitucionibus nostris fraus aliqua fiat set secundum mensuras vel pondera in hoc solvenda sorte et usura observancia similiter habeatur, vel si res in peccuniam redigere voluerint illarum rerum secundum tempus in quo tradite fuerint fidelis extimacio habeatur et factam legitimam extimacionem ad contractum procedant secundum forum in superius nominatam. Item statuimus ut tabelliones subtiliter et diligenter inquirant in quolibet contractum utrum inter christianum et judeum contra ordinacionem nostram adhibitam sit fraus aliqua vel machinacione quia si intervenisse comperuit, judici vel vicario vel in loco illo presidente nostro dissonat revelare et tamen nullo modo conficiant instrumenta et ad evitandam omnem suspicionem ante confectionem instrumenti a christiano debitore vel si plures debitores fuerint a singulis vel saltem ab honestiori et de quo melius videbitur quod noverit veritatem, huiusmodi exigat iuramentum: «Juro ego, talis, quod in contractu isto nullam fraudem vel machinacionem adibui vel ab aliquo adhibitam esse novi ut supra constituciones domini regis judeus iste habeat aliquid a me vel ab aliis credito-

ribus vel fideiussoribus pro usuriis istius debiti. sed tantam sortem recepi, et tales usuras sibi promitto nec aliquid[1] ultra dedi pro isto debito vel promisi.» et ex tunc tabellio habita sortis et usurarum noticia conficiant instrumenta ita distineat quod sors per se et usura per se nominetur. nec ratione prolongamenti vel aliqua alia ex causa audeat unum cumulum facere sortis et usurarum. Si vero aliquis tabellio aliter quam quod supradictum est instrumenta confecerit judeorum, perpetuo tabellionatus privetur officio et nichilominus iuxta iudicantis arbitrium pena debita teriatur. Judeus etiam qui contra prefinitum modum palam vel oculte aliquid a debitore suo recipere, exigere vel demandare presumpserit vel qui aliqua machinacione vel fraude usuras in sortem redegerit, vel usuras usurarum acceperit, vel contra prefatas constituciones nostras aliquid atemptaverit, ipso quidem facte toto illo debito careat. vel contra prefatas constituciones. citius medietas delatori, reliqua vero medietas nostro herario aplicatur. et hec pena tociens comitatur vel quociens ab aliquo contra prefinitum modum aliquid fuerit.
In preteritis vero negotiis talem cautelam adhibemus ne possit veritas ocultari quod si de quantitate sortis numerate vel de solutionibus factis tam sortis quam usure et sive de usura in sortem involuta in primo instrumento vel in subsequentibus quibusdam execratis novacionibus quas in posterum fieri prohibemus. Inter christianum et judeum questio sive dissensio habeatur ita quod in his discordes inveniantur, quilibet eorum prius prestito juramento de veritate dicenda a judice requiratur et si concordes inventi fuerint dictis eorum stetur. et tamen forma a nobis statuta servetur quam et ad preterita negocia has constituciones extendimus. si vero discordes inveniantur iniungatur probacio christiano qui per duos vel tres testes idoneos iudeos vel christianos vel aliis legitimos probacionibus suam probet intencionem et si judeus habere nequiverit in his casus sola sufficiat christianorum probacio. non obstantibus constitucionibus de probacione per judeum et christianum facienda a nobis vel antecesoribus nostris in favorem editis judeorum. Si autem in defectu probacionis res in dubium venerit de sorte que in instrumento continetur deducatur usura que sorti presumitur involuta secundum dilationem faciende solutionis in instrumento comprehensam et illa deductio fiat ad rationem IIII$^{or}$. denariorum pro libra in mense. et facta tali deductione secundum id quod residuum fuerit de sorte incipiat fieri computacio e die confecti instrumenti. Ita tamen quod forma et modus a nobis constitutus in aliquio non ledatur. hoc etiam in preteritis mutuis adhibito moddamine ut quantumcumque fuerit tempus ne exacte sortis ultra duplum judei non recipiant. hec est quod nichil ultra petant vel accipiant in concionem usurarum ex quo usura fuerit coequata sorti. et ex quo facta fuerit tale solucio, vel si talem nollent recipere solutionem deponatur peccunia et consignetur et ex tunc judei compellantur suas debitoribus reddere cautiones.

Jacobus Dei gratia rex Aragonis. Maioricarum et Valencie. comes Barchinone et Vrgelli. et dominus Montispesulani. fidelibus suis judici. alcaldis et juratis et toti concilio de Turolio. salutem et gratiam. Quia iustum est tam per minores quam per maiores, dicimus et mandamus quod ponatis in vestro foro calumpnie sacramentum ita quod in principio declamo ille qui demandabit iuret quod demandat veritatem. et alius qui defendet iuret quod defendet veritatem et dicat. Datum castilionis Xative. kalendas...

Era Mª CCª octogesima prima.

Jacobus Dei gratia rex Aragonie, Maioricarum et Valencie. comes Barchinone et Vrgelli et dominus Montispesulani. fidelibus suis universis justiciis. bajulis, curie. justiciis. alcaldis. juratis, scriptoribus et aliis officialibus per Cataluniam et Aragonum constitutis. salutem et gratiam. Ea que nobis noviter sunt statuta et ordenata super usuris judeorum. tenor maiorum literarum nostrarum quas sub sigillo nostro vobis officialibus et universitatibus et terre ac regni nostri quod? àsseremus et fidelitatem nostram plenam testare. Mandamus ideo vobis precipientis firmiter quatenus predictum statutum faciatis legi et publicari et in libro fororum vestrorum esse translatum inde. et de sacramento quod predicti teneantur facere ......... retinentes in libris vestrarum consuetudinum sive fororum scribi et aponi ad propriam (voluntatem ut) faciatis observetis et observari ab omnibus faciatis sub penas insertas firmiter valeatis et nos fidelitatem vestram possumus merito collaudare. Datum Gerunde anno a nativitate Domini M.CC.XL. Era M.CC.LXX.VIII.

## FUEROS DE PEDRO IV

*Concedidos en las Cortes de Zaragoza de* 1350

### HE SUNT PROVISIONES DATE NOBILISSIME CIVITATI TUROLII

In Dei nomine amen. Noverint universi quod nos Petrus, Dei gratia rex Aragonum. Valencie, Maioricarum, Sardinie, Corsice, comesque Barchinone, Rosilionis et Ceritanie. Evocatis prelatis et militibus ac procuratoribus civitatum et villarum regni Aragonie in curia generali quam in mense apprilli anni domini Millesimi trecentisimi quinquagesimi in civitate Cesarauguste aragonenssibus duximus cellebrandam. Cum per fideles nostros Martinum Martini de Marziella civem Turolii et Johanem Lupi de Sancta Cruce. vicinum de Celadas aldea civitatis Turolii predicte. procuratores et nuncios civitates et aldearum predictarum ad dictam curiam destinatos, fuisset nobis humiliter supplicatum ut quedam capitula que pro melioramento et correccione fororum suorum nobis obtulerint. dignaremur concedere et iurare, secundum quod ceteri fori et privillegia antiqua eorum existunt iurata ac etiam confirmata. Ea

propter intellectis et examinatis cum diligenti consilio et tractu capitulis supradictis, volentes eis favorabiliter annuere sicut decet, eisdem provisiones nostras fecimus singulariter et distincte prout inferius declaratur:

QUOMODO INFRA SEX DIES INCLUSIVE UNUSQUISQUE OFFERENS PROBATIONES TENETUR

*Capitulum Primum*

Ad primum continens quod de foro Turolii probacio in causis sive litibus habet fieri intra tres dies et quod huiusmodi probaciones tempus est nimis breve, perspecta distancia aldearum dicte civitatis, in tantum quod deffectu probacionis plerumque ius partis admititur, sic duximus providendum.

*Provisio*:

Quod de cetero ne ex causa predicta aliquis valeat, amittere causam suam sit datum et prefixum tempus sex dierum inclusive in probacionibus causarun seu litium predictarum.

QUOD UXOR NON TENETUR AD SOLVENDUM ALIQUID DEBITO CONTRACTO PER VIRUM SUUM NISI SE SIMILITER OBLIGAVERIT DEBITRICEM

*Capitulum secundum*

Ad secundum continens quod iuxta forum qui per consuetudinem interpretantur, licet uxor se non obliget seu firmet in contractu debiti facto per virum tamen compelliatur ad solvendum medietatem ipsius debiti, quod esse dicitur contra racionem, sic duximus providendum:

*Provisio*:

Quod de cetero uxor non teneatur ad solvendum aliquid in debito contracto per virum suum nisi in instrumento contractus ipsius expresse firmaverit et se obligaverit debitricem. Hoc tamen intelligatur de debitis amodo faciendis.

QUOD DE CETERO FILII NON TENERETUR AD SOLVENDUM DEBITA PARENTUM NISI IN CERTA QUANTITATE ET QUOD TENEANTUR FILII HEREDES FACERE INVENTARIUM

Ad tercium, quum de foro Turolii licet filii non hereditent vel possideant bona parentum suorum tamen compelluntur ad solvendum debita ipsorum quod esse dicitur contra racionem et regni consuetudinem, sic duximus providendum.

*Provisio*:

Quod de cetero filii non teneantur ad solvendum debita parentum nisi solum quantum sufficiat illud quod possideant ex hereditate ipsa.

vel ex donacione, per ipsos parentes eis facta tempore nuptiarum, vel alias habuerunt ab eisdem. In quo casu post mortem parentum teneantur facere inventarium de bonis eorum bene et legaliter sicut decet. Quod si fraus forte fiere in ipso inventario faciendo, eo casu teneantur ad solvendum integre debita supradicta.

QUOD PROPTER ALIQUOD DEBITUM MUTUI DE CETERO FACIENDUM NON POSSET ALIQUIS CAPI NISI IN CERTIS CASIBUS

Ad quartum capitulum uni dicitur quod cum de foro antiquo sit, ut debitor obligatus cum instrumento debiti, sine hoc solvat, quod sit captus in perssona, et huiusmodi forus dicatur multum periudicialis et corrigendus de racione, propterea providemus.

*Provisio*:

Quod propter aliquod debitum mutui de cetero faciendum non possit aliquis capi vel detineri, nisi per comanda, vel aministracione, aut vendicione possessionum vel hereditatum, si non poterit eam salvare, aut aliter se quisquam obligaverit ad dandum et tradendum bona expedita, seu alio casu, quo racio scripta consentit aliquem debere capi in persona,· in similibus aliis casibus supradictis.

DE PEDAGIO

Ad quintum capitulum continens quod pedagii civitatis Turolii et aldearum suarum recipiunt ab hominibus ad dictam civitatem et aldeas venientibus cum rebus et mercibus suis, inmoderate volunt pro pedatico et super hoc dignaremus mandare certum quid pro qualibet re debere exigi, et recepi facere sicut in aliis locis Aragonie est fieri ordinatum, sic duximus providendum.

*Provisio*:

Quod ne indebita exaccio valeat fieri racione pedagii supradicti, de cetero pedagiarii quod sunt, et pro tempore fuerint, in civitate Turolii et eius aldeis, recipiant certum numerum et taxatum racione iuris pedagii ipsius prout in civtate Cesaraugustana extitit ordinatum. Mandantes pedagiarii dicte civitatis Turolii quod de cetero non exigant amplius aliquid nisi iuxta modum et formam per quam in Cesaraugusta ius dicti pedagii exigitur et levatur. Et si aliquis non soluto dicto pedagio transsierit itinerando aut iter reliquerit descaminando, in fraudem iuris dicti pedagii, quod amitat animalia et merces quas defferent seu portabunt.

DE CITATO LEGITIME IN CUIUS BONIS PRIUS FACTA EST EXECUCIO ET RENUIT IN IUDICIO COMPARERE AD FIDANCIAM FACERE SALVITATIS. QUALITER CURIA POTEST FACERE IPSAM FIDANCIAM SALVITATIS

*Capitulum VI*

Ad sextum capitulum, videlicet cum ex privillegio quando execucio facta est in bonis sedentibus distractis et venditis in mercato plus offerenti vel offerentibus in eisdem, si illi cuius sunt bona absentes sint, et citati non comparuerint, curia posset facere fidanciam salvitatis in dictis bonis, et aliqua perssone citate ad faciendum dictam fidanciam recusent facere illam maliciose, ymo dimittant se capi et captos detinere diucius, et maior sit contumacia presentis rebellis quam absentis et nullus de eius malicia gaudere, declaramus ac eciam providemus.

*Provisio*:

Quod si ille qui presens monitus et citatus legitime renuerit comparere aut, si comparuerit, dictam fidanciam facere noluerint quod in eius rebellionem curia possit facere fidanciam salvitatis et obligare perssonam et bona illius cuius bona fuerint supradicta.

DE ASEGURAMENTIS ET EXECUCIONIBUS DEBITORUM AC ETIAM COMANDARUM IN PETICIONIBUS SEU DEMANDIS PER PARTES FACTIS PRIVILEGIATAS. QUALITER IUDEX SECULARIS EL OFFICIALES DEBENT PROCEDERE CIRCA PREDICTA

*Capitulum VII*

Ad septimum vero, quod in casu quod persona privilegiata, privilegio clericali vel alicuius loci privilegiati, faciet aliquam peticionem seu demandam contra homines aliquos habitantes in dicta civitate et aldeis suis, quod judex et alii officiales dicte civitatis non possint facere aliud ius vel maiorem compulssam seu correccionem contra predictos civitatis et aldearum predictarum quam facerent contra predictos clericos vel privilegiatos ad ipsorum laycorum instanciam iudices ecclesiastici eorundem in eorum iudicio in causis civilibus sive eciam criminalibus ut equalitas inter eos servetur et non debeant ad imparia iudicari. Et si dictus iudex aut officiales predicti iudicabunt aliter in predictis quod incurrant pennam centum marabitinorum auri et demandam duplicate a foro impositam contra iudicem et alcaldos qui iudicant contra forum, super eo sic duximus providendum.

*Provisio*:

Quod predicta serventur in assecuramentis et execucionibus debitorum ac eciam comendatarum.

QUOD LICITE VEL MANDATA (TAM) IMPETRATA QUAM IMPETRANDA DE CETERO QUE SINT CONTRA FORUM, USUM, PRIVILEGIA TUROLII NULLATENUS OBSERVENTUR

*Capitulum VIII*

Ad ea vero que in octavo capitulo continentur, videlicet quod iuxta privilegium vobis concessum non concedemus nec faciemus literas vel mandata aliqua contra forum, usum et privilegia ipsius civitatis, et si vel concessa essent quod officiales vestri ea non teneantur aliquatenus observare sic duximus providendum.

*Provisio*:

Quod aliqua littere vel mandata impetrata, vel de cetero impetranda, que sint contra forum, usum et privilegia supradicta nullatenus observentur per aliquos officiales nostros civitatis ipsius. Et si dicti officiales, sive ordinarii vel delegati, ipsas litteras seu mandata contra forum, usum et privilegia facta vel concessa (vel eciam) emanata observaverint, quod eo casu incidant in penam que incurrereut si contra forum Turolii iudicarent.

DE DONACIONIBUS ET VENDICIONIBUS ET ALIENACIONIBUS QUAS FACIUNT SECCULARES FILIIS CLERICIS IN PERIUDICIUM PECTARUM

*Capitulum IX*

Super contentis in nono capitulo, videlicet quod nonnulli in fraudem et periudicium pectarum et aliorum nostrorum iurium regiorum faciunt donaciones et alienaciones de bonis suis ac eciam vendiciones filiis suis clericis et aliis eciam in preiudicium creditorum sic duximus providendum ac eciam ordinandum:

(*Provisio*)

Quod de donacionibus, vendicionibus seu alienacionibus factis per modum predictum intra viginti dies postquam facte fuerint habeat fieri notificacio seu insinuacio coram iudice dicte civitatis Turolii, aliter si intra dictos XX[ti] dies non fuerit facta insinuacio de predictis, ipse vendiciones vel donaciones non valeant quin ymo careant viribus et effectu. Et eciam in casu quo dicta insinuacio facta fuerit, si postea dicta bona donata vel vendita possessa fuerint per donatores vel venditores predictos, quod eo casu non valeat dicta donacio, vel vendicio, cum evidenter appareat facta fuisse in fraudem et periudicium nostrorum iurium et regaliarum ac periudicium creditorum.

QUOD ENPARA FACTA IN BONIS CREDITORUM VALEAT INFRA ANNUM ET INTEREA QUOD ALIENARI NON VALEANT

*Capitulum X*

Quod ad decimum capitulum continens in effectu quod postquam in precedentibus capitulis providimus quod in defectum honorum capiantur debitores et eciam quod uxor non teneatur, nisi expresse fuerit, in pro debitis viri obligata, queque filii non teneantur ad parentum debita persolvenda ultra vires hereditatis nisi in casibus supradictis, dignaremur providere ad tollendum plures fraudes que possent fieri per debitores in ocultandis bonis ipsorum quod enpara habeat locum et possit fieri in omni casu ad instanciam illorum qui dicent se ius habere in bonis predictis, respondemus.

*Provisio seu responsio:*

Quod placet nobis quod enpara habeat locum et quod post ipsam enparam bona enpara alienari non valeant ullo modo. Volumus tamen quod ille ad cuius instanciam ipsam enpara facta fuerit prosequatur et habeat prossequi ius suum infra unnum annum post dictam enparam continue subsequentem, quod si non fecerit, habeatur elapso anno penitus pro non facta.

DE CARNIFICIBUS, PELLICERIIS, FERRERIIS ET DE ALIIS ARTIS MECANICE QUE DEBENT FACERE SI VOLUNT SEU INMITUNT IN OFFICIIS SORTEM SUAM

*Capitulum XI*

Item cum iuxta contenta in undécimo capitulo intelleximus quod in civitate Turolii, quilibet iuxta forum qui teneat equm et arma et domum populatam possit ponere in officiis dicte civitatis suam sortem, et rigore huius fori tam carnifices, pellicerii, ferrerii, carpentarii, et alii artis mecanice ponunt seu inmitunt in dictis officiis sortem suam, et quando in talibus cadit sors dicta officia non reguntur nec exercentur iusticia sicut decet. Qua propter pro bono et melioramento dicte civitatis et suarum aldearum sic duximus statuendum ac eciam providendum.

*Provisio:*

Quod cuandocumque contingat quod aliquis de menestrialibus dictis voluerint ponere in ipsis officiis sortem suam, quod antea per unum annum cesset et habeat cesare ab opibus artis mecanice supradicte, et nichil omnibus det fideiussores de tenendo ac manutenendo equm et arma ad servicium nostrum in dicta civitate per decem annos continue subsequentes, postquam in dictis officiis aliquem habuerit et tenuerit per modum superius expresatum.

QUOD TEXTORES PANNORUM LANE NON DENT NEC CONVENIANT CUM TINTORARIIS SUPER ALIQUA PECIA PANNI

*Capitulum XII*

Item super duodecimo capitulo in quo continetur quod textores pannorum lane civitatis Turolii et aldearum suarum dant multociens pecias panni per ipsos contextas ad tingendum ex quo gentes qui pannos faciunt operari recipiunt danpnum in excambiando pannos et propter plures fraudes qui comiti possunt et de facto fuerunt ut dicitur iam comisisse, ordinamus ac etiam statuimus.

*Provisio:*

Quod nullus textor pannorum lane in dicta civitate et aldeis suis vel alius pro eo audeat vel presumat aliquam peciam panni dare ad tingendum nec facere precium cum tintorario pro eadem, ymo in continenti, cum pannus textus fuerit teneatur ipse textor redere dictum pannum illi persone cuius sit. Et si quis contra fecerit et per sacramentum aut testes legitimos convictus fuerit quod incurrat penam decem marabitinorum auri. Et si tintorarius textori se redemerit pro eo ut daret ei pannos ad tingendum, incurrat in penam predictam. Cuius pene tercia pars nobis, et alia tercia pars mostacaño Turolii, et alia tercia pars illi cuius dictus panus fuerit vel alii acusatori penitus acquiratur.

QUOD TEXTORES ET TINTORERII DENT DOMUM CUM PIGNORIBUS ANTE QUAM UTENTUR DICTIS OFFICIIS

*Capitulum XIII*

Super terciodecimo capitulo, intellecto eciam quod plerumque accidit quod nonnulli textores et tintorerii pannorum receperunt pannos, et postea ob necesitatem se absentabant cum eo quod eis fuerat datum sive traditum operari propter quod gentes dicte civitatis et aldearum suarum ut dictum danpna non modica receperunt, sic providimus ordinandum.

*Provisio:*

Quod de cetero dicti textores, et tintorerii, et eorum singuli teneantur dare sive prestare domum cum pignoribus in posse officialium dicte civitatis, ac in posse iuratorum in aldeis suis prout argenterii et curritores ac similes officiales in dicta civitate utuntur. Et si quis de predictis textoribus vel tintoretiis non dederit dictam domum, non audeat uti officio suo ibidem, et si contra fecerit incurrat penam decem marabitinorum auri dividendam iuxta formam in primo capitulo ordinatam.

De quibus omnibus supradictis capitulis et provisionibus eorum dictum Nos dictus rex ad suplicacionem procuratorum et nunciorum predictorum facimus fieri unum privillegium iuratum quod in libro fororum

Turolii adiungatur. mandantes universis et singulis officialibus et subditis nostris et eorum locatenentibus presentibus et futuris quod predicta omnia et singula teneant firmiter et observent, et huiusmodo privilegium foro noviter per nos foris adiunctum et annexum faciant inviolabiliter observari et non contraveniant aliqua racione. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus nostri sigilli maiestatis munimine roboratam. Datum Cesarauguste quinto idus aprilis anno Domini M° CCC° quinquagesimo.

Signum Petri Dei gracia regis Aragonensis, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, comitisque Barchinone, Rossilionis et Ceritanensis qui predicta concedimus et iuramus.

Testes sunt:

Lupus comes de Luna et dominus civitatis Sugorbii.

Bernardus vicecomes Caprarie.

Johanes Eximini Durrea.

Petrus Ferdinandi Dixar.

Venerabili frater Johanes Ferdinandi de Heredia, Castellanus Emposte.

Signum mei Francisci de Prohomme tenentis sigilla dicti domini regis qui de mandato eiusdem hoc scribi feci cum litteris rasis et emendatis in XVIII[a] linea cum legitur perssona privilegiata privilegio clericali, et in XX[a] ubi dicitur ecclesiastica eorundem in. Et in XL[a] linea ibidem et si. Et in ultima linea hoc verbum magestatis, et clausi die et anno prefixis.

Bestraca.

## FUEROS DEL REY D. MARTIN

### Concedidos en las Cortes de Zaragoza de 1398-1399 y 1400

Hoc est Transumptum bene et fideliter sumptum a quibusdam foris ciuitati et aldeis Turolij concesis. Jn curijs vltimo per illustrissimum ac magnificum principem et dominum dominum Martinum dei gracia. Regem Aragonum in ciuitate Cesarauguste celebratis Aragonensibus. non viciatis nec cancellatis nec in aliqua eorum parte suspectis. set omni vicio et suspicione carentibus. Quorum tenoris sequuntur per hec verba.

De condempnatione expensarum.

Item como por fuero antiguo. entre los litigantes. o. pleyteantes sobre heredades o bienes sedientes el vencido o sucumbient en el pleyto veniese condempnadero en todas las expensas del dicto pleyto de primo judicio. Et no disponga ni orden sobre condempnacion de expensas en otro caso alguno. si ha lugar o no et por costumbre antiga se haya obseruado que condepnacion de expensas contra el vencido de vezino a vezino de las dictas ciudat et aldeas de primo judicio no hauia ni ha

